

Zecorbeni. H. L.  
seu

Clavicula Salomonis Regis  
ex hebraica Latinitati  
Donnata

Sacris Pentaculis insignita  
suoq; candori restituta

Opera  
Abrahami Colomi.

43



# Præmium

Recordare Fili mi charissime Jobcam, quod ego  
Salomon cunctorum Sapientiam a Dñi accepi.

Sunc respondit Jobcam

Quid demerui, quid in aliquo non dissimilabo  
Patri me: Salomoni, qui per Angelum Dei mi  
ruit habere Scientiam omnium creaturarum.

Et dixit Salomon.

Attende Fili vocem meam, & intelliges mirabilia  
Dei, quādam enim nocte, cum dormitum irem.  
nominari Sacratissima Noā Dei 7<sup>is</sup> Jah. atque  
ineffabilem Sapientiam postulari, & cum claudere  
cepissem oculos, apparuit mihi in somnūs Angelus  
Domini 7 Hermaphrodite, taliter mihi ineffabiliter  
refando, Salomon, vana n' ē deprecatio tua, apud Al.  
tissimum, & quia n' postulasti divitias multas,  
neq; petuisti tibi dies multos, neq; animas ini,  
miferum tuum, sed postulasti tibi Sapientiam  
et intelligentiam, ad faciendum Iudicium, hoc  
dixit Dominus, ecce feci secundum verbum tuum,  
dedit tibi cor Sapientis & Intelligens, ita, ut  
fueris factus ante te, nec sis post te.



*Q. m. Com. 114*  
Surrecturus; cumq[ue] erigilass[et], et cogniviss[et]  
verum, q[uo]d mihi factum erat, cognovi in me esse  
omnem Scientiam e[st] intelligentiam omnium creatu-  
rarum, & quas in celo s[un]t, et vidi, quod o[mn]es Scientie  
hujus mundi vana s[un]t, et nugaces, &  
quod nulla ars erat perfecta, composu[er]at quoddam  
capsulum, q[uo]d secretum secretorum nuncupavi, in  
quo clausi, serari, et occultari secreta artium,  
quarumcuq[ue] magicarum, sine quo secretum vel  
experimentum aliquod harum scientiarum ulli  
modo valet adimpleri, his enim claviculam  
inscripsi, quia sicut clavis aperit thesaurum,  
ita hac clava magicarum scientiarum et artium  
aperit Scientiam et intelligentiam. Videas  
igitur Experimentum aliquod Tibi mi, de meis vel  
de alienis; & sicut in eis c[um] preparata, et dies  
et hora, ut tibi videbitur bene ordinata, fallax  
enim erit, et vacua, sine his meo consilio, in  
quo clausa sunt omnia secreta et arana, que  
fieri poterunt, & q[uo]d dico de una arte, et uno  
experimento; idem sentio de omnibus, que sunt  
in mundo, et fuerunt et in futurum erant.  
Idcirco Tibi mi Sobram precipio Tibi, per  
benedictionem, quam a Patre tuo exspectas, que  
tunc faciendam cures capsulam et clavam.



eum claviculam hanc meam repenas, et h. s. r. r.  
et claudes, et cum transiere qd Patres meos, regi-  
te, ut eadem in sepulturam referat, merumq; comu-  
niter repenat, fac in manus iniquorum pervenire  
possit, in aliquo temore, et sicut jussit Salo-  
mon, ita factum est.

Cum igitur per longum tempus stetit sepulchrum  
rendunt quidam Philosophi Babylonienses, et  
cum simul convenissent, iniungunt consilium, ut  
tanti viri sepulchrum in ipsius honorem renova-  
rent, ac pulchrius redderent, ad hoc potissimum  
ut eius memoria p. secula perduraret, tamq; fode-  
rant sepulchrum, ut renovaret, inventa est  
in eo capsula eburnea, et in ea clavicula ferri,  
ferum, quam leto animo acceperunt, et cum  
aperuissent, eam nullas eorum intelligere pote-  
rat. p. obscuritatem verborum, et obvolutum  
sensum occultationis scientie, non enim erant  
digni huiusmodi thesaurum possidere; Quare  
cum parasset unus inter eos, qui vocabatur  
Zor. græcus, dixit illis: nisi ieiunaverimus, et  
petierimus a Dño cum lacrymis huius libri  
interpretationem, nunq. ad illius oblitam po-  
tissimum pervenire. Facit igitur unusquisque ad  
sedem suam, Hi vero existens pronus in



De Index  
Primi Libri fascicula Salomonis.

De Amoris divini procedenti in addiscendo Scientiam	Cap.	1
De virtutibus & virtutibus Planetarum	"	2
De Characteribus & nominibus	"	3
De confessione et excommunicatione faciendis	"	4
De exorcismis & conjurationibus	"	5
De hoc fortiter conjurationibus	"	6
De quatuor potentissimis orationibus	"	7
De preparando Experimento Surti	"	8
De experimento Invisibilitatis	"	9
De experimento Amoris	"	10
De experimento ad Somnandum	"	11
" gratie et impetrationis	"	12
" ad odium, seu ad destructi- onem inimicorum	"	13
Quomodo preparanda sint experimenta Ludibria	"	14
De experimentis extraordinariis	"	15
De Sacris Pentaculis	"	16
Quaedam notatu digna, ad usum Penta- culum confrentia, et de Materia	"	17
De forma Pentaculorum	"	18



# Cap. I.

De numero Divino in acciscendis  
Scientiis.

Dixit Salomon, filius David Regis Israel,  
clavis nostra initium est timor in Deum, et ipsum  
honorem, ipsumque cum contritione cordis, summa  
devotione adorare, et ipsum invocare in omnibus  
que facere volumus, vel operari, & ita res Deo  
recte fructu gubernabit, cum igitur magicarum  
artium et scientiarum notitiam adipisci volueris,  
necesse est preparatum habere ordinem tunc  
ficorum diversum, et horarum, sine quorum ob-  
servatione nihil fieri poterit, et quibus dili-  
genter observatis de facili poteris ad optatum  
pervenire effectum.

# Cap. II

De horis et virtutibus Planetarum.

Hora inter diem & noctem sunt viginti quatuor,  
et cuilibet horae praefectus est unus de Septem  
Planetis, secundum certum ordinem, incipiendo a  
superioribus, & deveniendo ad inferiores, et omnibus  
horis de die & de nocte. Ordo a Planetarum  
sic accipitur. Altus est quibus Sabadai sive  
Saturnus. Sub Saturno sedet, sive Jupiter,  
et hora Madaim, sive Mars. Sub Marte



Amis, sive Sol. Sub soli, Scga, sive Venus.  
Sub Venere Cerau, sive Mercurius. Sub Mer-  
curio Saueach vel Ierana, quae dicitur luna, quae  
est infima omnium Planetarum.

Ceterum Saturnus Dominabitur in Prima hora  
diei Sabathi, quae hora incipit ab ortu Solis  
tertius autem Solis est, quando Sol per Centrum est  
in parte orientali Horizontali. In secunda  
hora diei Sabathi Dominabitur Jupiter.

In tertia ejusdem diei Mars.

In quarta Sol.

In quinta Venus.

In Sexta Mercurius.

In Septima Luna.

Quo Planetarum ordine completo, incipit  
iterum in octava hora dominari Saturnus, et  
sic de singulis horis inter diem et noctem,  
usque ad viginti quatuor, ita ut prima diei  
Sequentis, quae est dies solis incipiat domi-  
nari Sol. in Secunda Venus, in tertia Mer-  
curius, in quarta luna, et sic de singulis  
horis inter diem & noctem, usque ad viginti  
quatuor, taliter in ceteris diebus.

Notandum tamen unicuique observandum est, quod hora



Astrologia sunt inaequales, cum enim hora nunc  
aliud sit, quam una decima pars diei, tunc hora  
diurna dicuntur majores, quia tempore verni et aesti-  
vi augentur dies, et nocturnae minores, & contra  
tempore hyemali et autumnali, decrescunt,  
his diebus hora diurna est minores, nocturnae  
vero majores, existente vero sole in punctis  
oppositis, aequinoctium hora est aequalis diei  
ac nocti.

Ex his planetarum observationibus, et inquirung.  
magico experimento potest, animadvertes, et  
statum Luna, ut dicamus inferius.

Hora quidem Saturni, Martis & Lune opti-  
me sunt ad loquendum spiritibus  
Mercurii vero ad furta inveniendae cum  
spiritibus.

Hora vero Saturni appropriata est, ad evocan-  
das animas ab inferis, eorum tantummodo,  
qui naturali morte defuncti sunt. Animae  
vero occisorum in hora Martis.

Ceterum si ad faciendas praedictas artes praeter  
horam adiciis etiam diem, ita ut pro exemplo.  
ad evocandam animam alicujus defuncti,  
facias experimentum die et hora Saturni  
melius erit, semperque experimentum verifica-  
bitur, si omnia quae sunt in capitulis infra  
scriptis diligenter observabis.



Si vero unum tantum facere praetermiseris, nunquam  
ad complementum artis pervenire poteris.  
Hora Jovis, Solis, et Veneris apta s't ad probanda  
quaecunque experimenta, amaris, gratie Impetra-  
tionis et invisibilitatis, ut flare in suis capi-  
tulis continent, additis etiam uis, quae in tali ma-  
teria in his nostro opem continent.

Hora itidem Saturni et Martis, et ferum pariter  
dicam, in quibus ipsis jungit luna, vel ab eis.  
semper aspiciet de opposito, vel de quadrato, optime  
sunt ad faciendos experimenta odii et inimicitiae, lit-  
terarum, et discordiae, additis uis, quae de tali  
materia infra nostris capitulis continent.

Hora mercurij apta e' ad preparando omnia  
experimenta ludibria, et quae mirabilia, et  
impossibilia vident, observatis insuper uis,  
quae in tali materia infra dicemus.

Hora Solis, Jovis et Veneris praesertim in  
suis diebus bona s't, ad probanda omnia  
experimenta extra ordinaria, quae n't con-  
stanta in aliquo praenotato genere, additis insu-  
per uis, quae de talibus experimentis infra  
dicemus.

Quod vero ad lunam attinet, pro convocazione  
spirituum pro operibus nigromanticis, et pro  
furto adinveniendis s'it luna collocata in  
signo terre.



Pro domini, gratia, et invisibilitate sit luna  
in signa ignis adinventum.

Pro edic et discordia sit luna in signa aquae.

Pro experimentis extraordinariis sit luna in  
signa aere.

Item si tibi videtur grave hoc observare, hoc  
tantum etiam sufficiat facere, ut observes  
lunam post conjunctionem statim, an de radiis  
solis exierit, ut apparere incipit, tunc be-  
num est, facere omnia experimenta, quae ten-  
dunt ad salutem experimentum, quae tendunt  
ad alicujus rei constructionem, tunc autem  
luna crescente, usque ad complementum exi-  
stente ipsa namque pari, bonum est facere, quae  
supra dicimus.

Luna vero stante in opposito solis, ac lumine  
pleno, bonum est facere experimentum ad bellum,  
ad vias ad discordias.

Eadem decrescente bonum est facere experimen-  
ta ad montes, eo enim tempore ipsa poriva-  
tur lumine;

Insuper inviolabiliter observes, ut luna  
solis conjuncta nihil incipias, infelicissimum  
enim est illud tempus, et nihil poteris  
ad effectum perducere.



Si cum luna crescenti, et accuta luminis, poteris scri-  
bere, operari, et preparari, quicunque experimenta  
facere volueris, stratis Serranois. Qui poteris  
cum spiritibus, potissimum die mercurii, et eadem  
hora, luna existente in signo Aries, ut supra  
dictum est, vel etiam aries, existente ipsa in  
numero pari cum soli, et conferas ad hunc  
desertum, et absconditum, ubi nullus te videre  
possit, vel impediri, artem illam sive experi-  
mentum facere poteris. Si die, si vero nocte  
facere volueris, id perficies nocte sequenti,  
incipit n. dies in ortu Solis, et in ortum solis  
sequentis diei, hora autem inceptio sit  
hora mercurii.

Ceterum, quoniam ars nulla, sive Experimentum  
de spiritibus fieri potest, sine circulo prepa-  
rato, quicunque experimentum aliquod adinvenis  
ad alloquendos spiritus, in quo clarescis con-  
ficere aliquem particularem circulum, facto  
illo, circumducas circa illum circulum artis,  
ad maiorem cautionem ac etiam effitariam.

Circulus autem artis tali pacto formabitur, primo.  
Habeas gladium, vel artem consecratum,  
juxta modum et ordinem, quem trademus in



cundo libro, cum his autem glorio vel artare  
ultra circulum illum particularem, undique  
per distantiam unius pedis, super centrum  
primi circumferas alium circulum, super eundem  
centrum, per eandem distantiam infra primum  
circulum artis, quem fecisti cum artare in  
illo spatio unius pedis, ad quatuor mundi  
partes producas reverenda Signa **Tau**, et inter  
primum et secundum circulum artis a te cum  
artare protractos facias pentacula, exagona  
quatuor ad quatuor partes mundi, et inter illa  
Pentacula quatuor Nomina tremenda Regis  
toris, scilicet, inter orientem et meridiem  
nomen Supremum **יהוה** Eheje, inter meridiem  
et occiduum nomen Essentiale inter medium  
Tetragramaton **יהוה** inter occiduum et Aqui  
linem nomen longitudinis **יהוה** et inter  
Septentrionem et ortum **יהוה** quod  
etiam est in serie Sephiroth, sive Superiorum  
collustrationum.

Insuper ultra circulos istos duos facias  
quadrangulos equilateros, quorum anguli  
vergant ad quatuor partes mundi, inter cape



o vero, inter utrumque quadratum sit per  
medietatem unius pedis in angulis extremi  
quadrati constitutus centrum quatuor circuli.  
Quorum, quorum diameter sit unius pedis, quae  
omnia fieri debent cum gladio, vel arta de  
censurate, et in quatuor circulis scribantur  
nomina. Artissima Dei hoc ordine scilicet ad  
orientem Et **3X** ad occidentem **Iah 7**, ad  
meridiem **Agla 33X** et **On 7X** ad artos  
ive Septentrionem. Inter utrumque vero  
quadratum, in quatuor partibus describatur no-  
men tetragrammaton, duodecies conversum, se-  
cundum ordinem, quem infra videbis.

Ingressurus vero Circulum sis ita preparam.  
Hus, ut habetur in capitulis, qualiter se habere  
debet Accrisator, defensorq; tecum Pentacula  
sive candarias infra scriptas pro tua oppor-  
tunitate, singulis formata, ut legitur in libro  
de characteribus et Pentacyclis, et describas  
eas in charta virginea, cum perma, atramen-  
to, v. sanguine vel colore, ita preparatis ut  
in suis capitulis habetur, ea vero tantum sumas  
pentacula, quae operi sit congruentia, et faciunt  
ad propositum, quae deinde cum filo virgineo,




sive filato à puella Virgine, et acu artis debent  
consui ad tunicam lineam albam conserratam,  
quam ferum deferas in circulum, sisq; letus,  
sejunctus, ut legitis infra in suis capitulis, et tunc  
ad eum ingrediari circulum, sis munitus cum  
omnibus his, quæ suis locis infra dicentur.

Cerum cum fueris in circulo, penas in capite  
tuo retinam ex charta virginea formatam, et in  
ea præter ea, quæ infra dicentur, circumscripta  
sint quatuor hæc nomina Agla **33** Aglay  
**33** Aglata **333** Aglota **333** quæ  
nomina sin posita in circulo, sin positi et a  
latera capitis; habeas insuper scrias ordina-  
tos, ut habet in capitulo Per Sorus; Postea  
Magister ingressurus circulum, et ad orien-  
tem: nisi aliter sit in experimento, vel advo-  
care velit ab altero latere mundi: incipiat  
dicere conjurationes, quæ in illa arte continentur,  
et si tunc spiritus fuerint inobedientes, et non compa-  
ruerint per conjurationem illius experimenti,  
tunc erige te, et accipe gladium exorcisatum,  
cum quo fecisti circulum, ipsumq; elevans  
ad solium, quasi aerem verberaturus, vel spiri-  
tus cominatoris, ponas manum dextram cum  
dicto gladio super pentacula, descripta in  
charta virginea, et posita super pectus tuum



dicendi infra notatam Confessionem, cum  
 sequenti exorcismo.





### Cap. III

## De Characteribus & Seminibus

Characteres, qui in littera divina, et alia divina  
nomina hebraicis litteris exarata, melius duxi  
esse, ut existunt, ac amussim exponenda, majores  
enim sunt efficacie et virtutis. Versicula vero Sacra  
Pentaculo circumdata, ut in Pentaculis infe-  
rius descriptis, et ex Sacra scriptura desumpta  
transfusi in latinum, quoniam debent ab incan-  
tante profari, ac eodem inculcari, et n. effe-  
tus, et intentionis expressiva, maximeque videtur  
cum omnia sint nomina Dei, scilicet verba Dei.  
Et quoniam Pentacula in clavicula reperiuntur  
sine aliqua annotatione, ideo congruum mihi visum  
est, apponere singulis eorum virtutes, ad comodi-  
orem intelligentiam Ecclantis, prout experi-  
entia doceri et cognovi.

### Cap. IV

## Confessio et exortatio facienda

Confiteor Tibi Domine Rex celi et terra, et praeus  
ante faciem tuam deploro peccata mea, quoniam  
peccavi coram te, in Superbia, in invidia, in  
avaritia, tam honoris quam pecuniae, in avidia,  
in ventris luxuria, in gula, in criminationibus,



in ebrietatibus, in fabulis et fœsis, in osculis, in  
complexibus, in femoribus, in genitalibus meis,  
et in omni genere carnis, et in adulteriis, in ma-  
furbationibus, quæ in me fieri, & in me, et in aliis  
facientibus consensi, in sacrilegiis, in furtis,  
in rapinis, in stupris et homicidiis, in falsitate,  
in prodigalitate, contra spem & charitatem, in in-  
continentiis, et adulationibus, in dandis et  
distribuendis munusculis, in exasperationibus,  
in non hospitandis pauperibus, in dissipationibus  
meis mihi commissis, in afflictionibus populi  
mihi commissi, in non visitando defunctos et in  
carceris positos, in non sepeliendo mortuos, in non  
custodiendo pauperes, in non reficiendo esurientes,  
in non potando sitientes, in non solemisando  
festa, sabbatha, et nomenias, nec in eis caste  
et pie vivendo, in consentiendo mala suadenti-  
bus mihi, in non adiuvando iustos, quam nocendo  
peccantibus, in clamorem pauperum non libenter,  
nec misericorditer audiendo, in non servanda  
senioribus reverentia, propinquis & benefactori-  
bus fidem, et gratiam, ad debita obsequia  
non reddendo, in delectatione, in animalium  
concupiscentia non evitanda, in Ecclesia Dei superbe  
stando, sedendo, egrediendo, otiosis et turpibus  
colloquiis, ibidem superbe vacando. Et taliter



operando in vasa sancta, et ministerium sanctum, et  
panem propositionis polluto ore, ac manibus  
imundis tangendo, ac comedendo, in orationes, ac  
psalmodias negligenter recitando, ac audiendo;  
detestor etiam ea, quae peccavi in cogitationibus  
pejoribus, meditationibus pravis, suspicionibus  
falsis, judiciis temerariis, in consensu malo, in  
audiendo consilium impiorum, in concupiscentia  
carnali, in delectatione imunda, in verbis otiosis  
superfluis, in injuriis, risu atque contumeliis, in  
mendaciis, in falsitatibus, in juramentis diversis  
modo factis, in detractionibus assiduibus, in risibus  
et carinnationibus, in discordiis seminandis,  
in curiositate, in gulositate, in susurratione, in  
violentiis, in maledictione, in murmuratione, in  
blasphemiis, in curiositatibus, in vaniloquiis  
in insultis, in dissimulatione, in vigiliis  
Dei contrariis, in transgressionibus praecep-  
torum decem, in negligentia propositi mei,  
in dilectiones Dei & proximi, in visu, in  
auditu, in gustu, in odoratu, et in tactu,  
omnibus, et quibuscunque modis, et in  
omni imunda cogitatione, voluntate, &  
actione, in quibus deliqui, quoniam in  
his, et in omnibus aliis vitiis quibuscunque,  
et in quibus humana fragilitas contra Deum  
creatorem peccavit, agit cogitando, aut operando.



aut delertando, aut concupiscendo peccari possit,  
in cūq; me peccasset, et reum in conspectu Domini  
meos oēs hūc me ei cognosce, et illos confiteor  
vobis, et suppleo ero vobis angelos. et p̄ omnes  
et filios Dei, in quorum conspectu hęc omnia  
confessus sum, quatenus non gaudeat et me ini-  
micus meus, nec gloriatur adversum me; in  
cūcivissimū dicens, me scelera mea tacuisse  
ante faciem Domini confessus non fuisse,  
et sit gaudium in celo de me, ut sit gaudium  
mihi in celo.

Completa confessione, quę fieri debet coram  
altissimo pro profunda humilitate, ac intimo cordis  
affectu, dicās sequentem orationem.

Domine Deus Pater omnipotens, qui ante oīa  
secula ineffabilem, sumam, ac cōpāternam tibi  
sapientiam firmasti, ac in vltu seculorum,  
celum et terram, maria et omnia quę in eis sūt,  
vris tui spiritu vivificasti, et laudo et benedico,  
et adoro atq; glorifico, esto mihi quęro pro-  
pitius peccatori, et ne despicias me, sed salva  
et adjuva me opus manuum tuarum p̄ nomen  
sanctum tuum, depelle ab anima mea noctem  
ignorantie, et illumina me igniculi sapientie  
tue, auferā me et sensu meo de peria libidinis,



et Stultiloquium, et caritatem, donaq; mihi  
seruo tuo cor docile intelligendi, acumen ac  
subtilitatem, addicendi facilitatem, retinendi  
tenacitatem, quibus possum desideria mea adim-  
pleri, et disciplinarum studijs eruditus, sacre  
scriptura secreta reverenter mirari, eligere  
etiam mihi eloqui profluvium elargiri ad  
tuam gloriam & meum gaudium, et aliorum eru-  
ditionem, p te Deum verum, cuius honor et imper-  
ium per secula seculorum Amen.

Cecyp. V

### Oratio & Conjuratio

Domine Scis Pater omnipotens, ac Deus mis-  
ericors, qui omnia creasti, et cuncta cognoscis,  
et valdas, cuius nihil est absconditum, et  
impossibile, est scis, qd hoc non facimus, ut  
experiamur virtutem tuam, sed ut rideamus  
lumen rerum occultarum, rogamus te, ut per  
sanctam misericordiam et pietatem tuam  
nobis subjicere digneris, ut secreta secreto-  
rum omnium spirituum nobis undiq; sint  
manifesta, per te Scitissime Adonay) cuius  
potestas et imperium sine fine permagno,  
per secula seculorum Amen.

(Finis orationis Accipiat extendat manus)



Super pentacula, unusq; Sciorum semper habeat  
librum coram Magistro, respiciens ad eolum, ad  
quatuor mundi plagas dicens:

Domine Deus esto mihi turris fortitudinis a fa-  
cie inimicorum spirituum malignantium.

Hec ita voluit se iterum ad quatuor mundi  
plagas, orientem scilicet, ad meridiem, occiden-  
tem, et septentrionem, et versus unam quamq;  
partem dicat haec lista:

Ecce signa et Nomina Creatoris, per que  
utidit exparisitis et vincetis, obulite ergo  
per haec Scissima Nomina, et per haec Secreta  
Secretorum: quatenus

Hec dicto et facto, videbis eos audire ve-  
nire, et si in aliqua parte essent impediti, et  
venire non possent, aut obedire nollent, tunc  
ipsos tali pacto incipias iterum conjurare,  
et dicas, quod si essent ligati catenis igneis  
non remanebunt, quin veniant adimplere  
vollem tuam.

Conjuro vos Spiritus per potentiam, Sapien-  
tiam, et virtutem Spiritus Dei, per increatam  
Sapientiam Dei, per imensam bonitatem Dei,  
per unitatem Dei, per fortitudinem Dei, per  
Scientiam Dei, per infinitatem Dei, per magnitu-  
dinem Dei, per Nomina Scita Dei, Euse, quod  
est radix, et truncus omnium aliorum divinorum



rum Dominum, et unde accipiunt esse, et virtutem  
et quod Adam nominavit, et assecutus est co-  
gnitionem omnium creaturarum.

Conjuro vos per indivisibile Nomen Ied, quod  
unitam et simplicitatem significat, divine natu-  
ra, signum, quod etiam Seth nominavit, et meruit  
evadere manus fratris sui Cain.

Conjuro vos per Nomen Ach-va El-him, quod  
tanta Majestatis diffusum significat, quod  
Noe nominavit, et aquas diluvii valuit effu-  
gere, cum tota domo sua.

Conjuro vos per nomen Dei El, forte et admi-  
rabile, quod tanta Majestatis clementiam et  
bonitatem significat, quod Abraham nomina-  
vit, et meruit effugere de tunc Chalceam.

Conjuro vos per corroboratum Nomen El-him  
Jibber, quod Deum fortem significat, atque ro-  
bustum, puniens culpas improborum, et  
visitans iniquitatem Patrum in filijs, usque  
ad tertiam et quartam generationem, quod Isaac  
nominavit, et meruit evadere gladium Patri-  
sui Abraham.

Conjuro vos, et exorturo vos, per sanctissimum  
Nomen El-ha Vanghadat, quod Jacob no-  
minavit in magna tribulatione, et meruit nomen  
Israel, quod valuit de Deo, et liberatus est de  
manu fratris sui Esau.



Conjuro vos p fortissimum. Nomen Adinay Etabah,  
quod exprimit Deus exercituum, p qd ipse regnat in  
caelis, quod Joseph nominavit, et meruit tra-  
dere manus fratrum suum.

Conjuro vos p nomen potentissimum. Elchim Etabah,  
quod habet pietatis et misericordie decoris  
et confessionis, quod Moyses nominavit, et  
meruit ducere populum Israel de Aegypto, ac  
servitute Chanaanis.

Conjuro vos p omnipotens. Nomen Saday, quod  
est omnibus satisfaciens, qd Moyses nominavit  
et percussit mare, et divisum est p medium  
a dextris et a sinistris.

Conjuro vos p fortissimum. Nomen Dei Elay.  
qd Deum vivum sonat, p quod facit fœdus pro-  
prium, et redemptionem, qd Moyses nomina-  
vit, et conversi sunt iterum a quo ad locum  
suum, ita, ut operirentur Aegypti, ita, ut nec  
unus evaderet ad deferendum nuntium in  
terram Misraim.

Conjuro vos deniqz oēs spiritus rebelles  
p fortissimum nomen Dei Adinay Melich,  
quod Deum Regem significat, quod Joshua  
nominavit, et stetit Sol in conspectu ejus,  
per Mitratron Principem facientem Joer



Angelorum agmina, quæ die et nocte non cessant  
clamare, laudes, cades, cades, Adonay Elhim  
Zebaoth, h. i. scilicet. Sanctus. Sanctus Dominus  
Deus Zebaoth impleti sunt caeli et terra  
gloria tua, per decem Angelos, qui præsumunt  
decem Sythireth, per quæ Deus influat in  
hec inferiora, quæ sunt Chether, + Hethmah Bi-  
niah, ghedulga, Pheburah Tiphiret, + Hod, + He-  
zach, + Sced, et Malchuth.

Conjuncte iterum atque iterum vos Spiritus per omnia  
et mirabilia opera eius, per cælum et terram,  
per mare et profundum abyssi, per firmamentum  
et per aquas, quæ sunt super firmamentum, quas agi-  
tat et movet Spiritus Dei, per solem et stellas,  
per aquam et maria, et cetera quæ in eis sunt, per ven-  
tos, turbines ac procellas, per virtutem herbarum  
omnium, lapidum & planetarum, per cetera quæ sunt  
in cæli, in terra, et sub terra, in omnibus  
tenebrarum abyssi.

Iterum conjuro vos, et contestor Domine, in  
quacunque mundi parte sitis, ut non possitis moram  
trahere, in ignem, in aëre, aqua et terra, nec in  
aliqua parte Mundi, nec in aliquo loco existi-  
nabili, quin hic statim coram nobis, nulla



interposita mora veniatis, nostram facere vo-  
luntatem, et oia que petierimus compleri.  
Conjuro iterum Vos Domines, pro duas tabulas  
legis, pro quingis libris Moysis, pro septem lam-  
padibus ardenkes in candelabro tauris in templo  
sancto, ante faciem Throni Majestatis Dei,  
pro panibus propositionis, pro arcam testamenti,  
pro tabernaculum Dei, pro porta Petri  
que non ingreditur nisi Solus Dominus aquas  
vive magnas Canardos.

Iterum conjuro vos, pro eum, qui fecit celum  
et terram, qui pro palmos et eodem colore me-  
ditus est, et pro ungulo terram concludit, qui se-  
det super cherubim et seraphim, et super  
volatilis coli habitat, et tractibus lucis  
imense eleambulat, pro sex animalia haben-  
tis senas alas, quarum duabus velant fa-  
ciem Dei, duabus pedes Dei, et duabus  
volant pro cherubim, quem Deus constituit  
primus expulso homine gladio versatili, ad  
custodiendum lignum vite, quod vocatur  
cherub.

Iterum conjuro vos Domines Dei apostatas,  
pro eum qui fecit mirabilia magna solus,  
pro Ierusalem celestem, et sanctum



Dei quadriliterum, quod luerit in ea, pro venera-  
bili. Nomen suum, a Deo ineffabile esse asseraie,  
ut statim iraiatis ad exequendam omni meo  
nostram voluntatem.

Conjuro iterum, et contester vos Domines, in  
quacunque mundi parte sitis, ut per virtutem  
omnium nominum. Et iterum Dei, Adonay  
Jah. Hu. El. El-ha. Aghelem. Ha. Elohim.  
Eheje. Marom. Laphu. Innun. Cuen. Agla.  
et Emed. Aia. Barita. Java. Issu. Hu.  
Java. Messiach. Isma. Maleke. Erez. Kuzu.  
Mazpatz. El. Saday. et pro omnia alia nomina  
sancta Dei, quae Sanguine fuerit conscripta in  
Lodur. Empi. Et iterum.

Iterum vos conjuro per haec alia Dei Sanctissima  
et incognita nomina, quae quod die contremiscitis  
Bazur. Barubaron. Pathaul. Achiegel.  
Agueday. et somerions. Et. Abbaton. Rhinon.  
Ebeon. Oij. primas. Laye. Ceu. Humarchi.  
et taga. Sader. et teller. Jerez. et sta.  
fin et sine m. et aliqua etram nobis re.  
niatis, et ad volutis a quicunque mundi  
climati, ad faciendum quicunque vobis  
iussimus in rei Dni.



# Cap. VI.

## Tertior Conjuratio.

Si tunc venerint bene quidem, sin autem non,  
excorciat. Magister Pentacula Sacra, quae  
supra docuimus, esse facienda, ad imperandum  
spiritibus, quos adpensa habeat Eccl. manu  
sinistra tenens, manum dextram gladium  
sacrum, et sociis confortans dabit vocem  
hanc postea dicat.

Ecce n. sunt signa Secretorum, et Vexilla Tri-  
umphantis Dei, et arma omnipotentis, ad  
destruendas aëreas potestates, in horum virtute  
vobis irrevocabiliter impero, ut in virtute  
Dei omnipotentis contestor, ut huc veniatis  
coram nobis, in quacunque mundi parte sitis,  
et non tardetis. Ad obediendum nobis, qui vobis  
imperamus in virtute magni Dei, venite ergo  
ad videndum secretissima Secretorum, inspicite  
haec signa, et Vexilla Dei omnipotentis in  
quibus clausi sunt omnes thesauri Sapientiae  
Dei, venite ergo et non tardetis, nobis hu-  
militer responsuri.

Si hucusque apparuerint, ostendat eis  
Penta.



Pentacula, et qđ humaniter suscipies, cum eis  
colloquium adimplebis, expostulans quacunqđ  
in ore tuo statueris. Si vero non aperiuerint  
dexteris manu dextra gladium elevatum, et sinistra  
Pentacula, scilicet sacre corporata, cum gladio aërem  
verberabis, quasi certamen initurus, vel commi-  
natus es. Prius confortabis. Deinde elatiori  
aliquantulum voce dices. Sequentem conjurationem.

Per iterum vos instantius conjuro, adjuro, contestor,  
et exorcizo, p potentissimum et corroboratissimu  
nomen Dei. Et forte, & admirabile, per Deum  
magnum, iustum, et terribilem vos Exorcizo,  
vobis impero, ut nullam moram ad comparandum  
protrahatis, sed statim sine Strepitu, et sine ali-  
qua deformitate, sed cum omni affabilitate ad nos  
veniatis.

Per iterum Exorcizo, atqđ potenter contestor, ac va-  
lide impero p eam, qui dixit et factum est, et  
per omnia nomina ejus Adnay. Oghelein.  
Sadag. Adnay. Israël, qđ est Dominus meus  
excessus, omnipotens Deus Israël, ut faciamus,  
et operemur super omnia opera manuum nostra-  
rum, Dominus enim nunc est nobiscum, et in omni  
tempore, estqđ in labiis nostris, et in corde nostro  
est per ipsius sancta nomina, et per omnes virtutes  
celestes, complebimus opus nostrum; Venite igitur  
sine aliqua deformitate vel infortitudine ad nos



in pulchra et amabili forma, Venite, quia vos  
potenter exorcizamus, per nomen Iah et On,  
et in nomine Iah et On, quod Adam audivit et  
lectus est, et per nomen El, et in nomine El,  
quod Noe audivit, et saluus factus est cum tota  
familia à diluvio, et per nomen Iod, et in nō  
Iod, quod Abraham audivit, et cognovit omni po-  
tentem Deum, et p nomen Abla, quod Jacob au-  
divit, et vidit scalam ad celum usq; pertin-  
gentem, et ascendentis et descendentis angeli:  
unde bruxille dictus est Domus Dei, & porta  
celi; Et per sdomen Elu et in nō Elu, quod  
Moyses audivit in monte Oreb, et meruit liqui-  
scere Dei, & audire ipsum in rubo ardenti lo-  
quentem, et p nomen Ensof et in nomine  
Ensof, quod Adam audivit, et eloquens &  
sapiens factus est; et p nomen Zebath  
et in nō Zebath, quod Moyses nominavit, et  
omnia flumina, & paludes versa st in sanguinem  
in tota terra Aegypti, et contrivit, et p  
nomen Iod, et in nomine Iod, quod Moyses nomi-  
navit, et percutiens pulverem terre, facta sunt  
linifexes in homines et boves, et fumenta &  
quadrupedum, et p nomen Primafon, quod Moyses  
nominavit, et facta ē grando valida in tota



Terra Aegypti destruens vineas, et arbores, et  
ligna eborum, et per nomen Iaphar et in nomine  
Iaphar, quod Moyses nuntiavit, et pestis gravis  
exorta est in tota terra Aegypti, percutiens Asi-  
as, oves et boves Aegyptiorum, et mortui sunt,  
Et per nomen Abaddon et in nomine Abaddon, quod  
Moyses nuntiavit, et tollens pulverem sursum  
in caelum, et facta est plaga magna in hominibus  
et iumentis, ita ut morerentur in tota terra  
Aegypti. Et per nomen Chion, et in nomine  
Chion, quod Moyses nuntiavit, et facta est gra-  
vis talis, qualis non fuit ab initio mundi, usque  
ad praesens tempus, quod homines et iumenta,  
et ea quae erant in agris Aegyptiorum occide-  
rit, et mortua fuerunt. Et per nomen  
Adonay & in nomine Adonay, quod Moyses  
nuntiavit, et fuerunt locustae et apparuerunt  
super terram Aegypti, et devoraverunt, quae  
residua erant grandini. Et per nomen  
Phaeton, et in nomine Phaeton, quod Moyses  
nuntiavit, et tenebrae factae sunt, et fuerunt  
horribiles tribus diebus et noctibus in tota  
terra Aegypti, quod omnes quasi mortui sunt;  
Et per nomen Jessod et in nomine Jessod, quod  
Moyses nuntiavit, et media nocte omnia pri-  
mogemita Aegypti perierunt et mortua sunt.



Et per nomen Jesemon, et in nomine Jesemon, quod  
Moyses nominavit, et mare rubrum divisum est.  
Et per nomen Hision & in nomine Hision, quod  
Moyses nominavit, et omnis Exercitus Pharaonis  
demersus est in mare profundum. Et per nomen  
Anatona et in nomine Anatona, quod Moyses  
in Monte Sinaï audiuit, et meruit tabulas  
lanceas Creatoris manuscriptas accipere,  
Et per nomen Egiton, et in nomine Egiton,  
Iehosuas audiuit, et pugnavit contra Mea-  
ses, et destruxit eos, et habuit victoriam.  
Et per nomen Ihu et in nomine Ihu, quod David Ca-  
ter meus nominavit, et liberatus est de manu  
Golie. Et per nomen Jah et in nomine Jah,  
quod Salomon audiuit, et meruit in praeiis  
postulare et impetrare ineffabilem atque inau-  
ditam Dei Sapientiam. Et per nomen Jearch  
et in nomine Jearch, quod Salomon semel no-  
minavit, et meruit potestatem super omnes  
Domones, et aereas Potestates! Res haec igitur,  
et omnia alia nomina Ista Domini omnipoten-  
tis Dei vivi et veri, potenter imperantes vobis  
qui vestra culpa de throno, et excelso throno  
ejecti fuistis, et per eum, qui vos usque ad in-  
fernum precipitavit, viriliter praecipimus  
vobis, et per eum qui dixit, et factum est,



qui omnes obediunt creaturae, et per illum tamen  
dum diem iudicii Summi Dei, in quo ossa arida  
audientia Verbum Dei, stabunt ante faciem  
omnipotentis, et per devorantem ignem ni-  
visimum, et per mare ignitum, quod est ante con-  
spectum Dei, et per ineffabilem virtutem  
ipsius Creatoris, et eius omnipotentiam per  
splendorem, et ignem egredientem a facie eius,  
et ante thronum eius consistentem, per angelicas  
colorum potestates et virtutes, per Summam  
potestatem Dei ipsius omnipotentis, per sigillum  
David Patris mei, per cubitulum et per Regillum  
Salomonis, quod ei revelatum fuit ab altissi-  
mo creatore, per novem celestes candelas eidem  
ab omnium Domini revelatas, quas in nostris  
his pentaculis, et in Secreta Secretorum habe-  
mus, quas etiam in manu mea videre poteritis  
conservatas, et debitis ceremoniis exorci-  
satas. Per haec igitur et omnia scita, quae  
inter summae Sapientiae thesauros altissimus  
repperavit, conjuro, contestor, et exorci-  
ziterum vos, ut sine aliqua mora veniatis  
coram me, facturi quodcumque vobis iussero.  
Iterum conjuro vos per Sacratissimum No-  
men, quod timeb omne seculum, quod describitur  
his litteris, Ico, Hec, Iav, Hec. 7777 et



per ultimum diem tremendum, et per Verba  
Baldachis, et per hoc Sanctissimum Nomen Iaiar,  
quod Moyses nuntiavit, et in cavernis abyssi ab-  
scripti sunt Patan et Abiron, alicuius virtute  
estis nuntius Iaiar, maledicimus vobis, usque  
in profundum abyssi, in quibus vos ponemus &  
refugimus, si nobis et predictis Secretorum  
revelles fueritis, Amen. Amen. Amen. fiat. fiat  
fiat.

Predictam conjurationem ad orientem<sup>con</sup> versus dicas,  
et si non compaverint, repetas iterum ad meri-  
dem, et occiduum, usque ad septentrionem quatuor  
vicibus, quod si non compaverint, facies in  
fronte Secretum Signum Tau, et dicas.

Eccc Signum nunc & Signum Summi Triumphatoris  
per quod universum vincit, et contrahit, et  
per illa secretissima Secretorum verba, et per  
virtutem eorum conjuro vos, ac iterum exorcizo  
et contestor, et potenter impero, per potentissimum  
& corroboratissimum nomen Et. forte et admirabi-  
le, et per eum qui dixit & factum est, et per nomen  
Jah, et in nomine Jah. quod Moyses nuntiavit,  
et locutus est cum Deo, et per nomen Agla, &  
in nri Agla, quod Joseph nuntiavit, et libe-  
ratus est de manibus fratrum suorum, et per  
nomen Van, & in nomine Van, quod Abraham  
audivit, et cognovit Deum omnipotentem, et  
per nomen Tetragramaton vel quatuor litterarum



© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License



bestias inter se bellare, ita, ut una die omnes  
moriani, et per nomen Aniel, & in nomine Aniel  
in quo Deus destruet turres, domos & omnia aedifi-  
cia una die, ita ut non remaneat lapis super  
lapidem. Et per nomen Jahat, et in nomine  
Jahat, in quo Deus faciet lapides ad invicem  
unam adversus alteram bellare, et tunc gentes  
convergent ad mare, et dicent cooperite nos.  
Et per nomen Emanuel, et in nomine Emanuel,  
in quo Deus una die omnia volatilia caeli faciet  
insanire, et intra se simul debellare, Et per no-  
men Arieel, et in nomine Arieel in quo Deus ~~fontes~~  
humiliabit, et vales et colles implebit, et  
erit superficies terre undique aequalis, et per  
<sup>in</sup> nomen Zedecyia in quo Deus faciet solem  
et lunam obscurare, et omnes stellas excutiet  
de coelo, et per nomen Saphariel et in nomine  
Saphariel in quo Deus ad iudicium veniet,  
sicut Princeps ingressurus civitatem, corona-  
tus, et zona aurea praecinctus, cui Angeli  
praeeibunt, et in eius adventu omnia climata  
turbabuntur, et ignis praeeibit ante eum, et  
in circuitu eius per quodum tempestas et  
turbo, Et per nomen Tau in quo Deus faciet  
diluvium, et aqua prevaluerunt montibus,  
et operierunt arcum eorum per quindecim.



culitus. Et pro nomen Ruchia est in nos. Murchia,  
in qui Deus purgatis seculis et fundet super uni-  
versum spiritum sanctum suum, et vos Rebelle  
creaturas et indignas in profundo lacus et miseria  
et luti sive fortis, sive profundis catenis igneis  
demerget in sempiternum.

Per hac igitur, et omnia nomina sanctissima Dei,  
que non prefert homo, qui vivit, et pro qua turba  
Demonum contremiscit, vobis valide impera-  
mus, ac potenter exorzisamus, atque conjura-  
mus per terribiles et absconditas semitas Dei,  
que nemo novit, nisi sola aeterna Dei sapientia,  
et pro sanctissimam Sedem Dei, in qua Sedet et  
imperat per secula seculorum Amen. Qua-  
tenus in virtute, et pro vim omnium succurro-  
rum, quod non audeatis in aliquo loco permanere,  
sed festinantes coram nobis veniatis, et sine  
dilatione vel contradictione aliqua, quaecumque  
vobis iusserimus peragatis, Valioquin si  
sacerdotis contumaces, auctoritate Summi Dei  
omnipotentis, qua fungimur, vos cujuscumque  
gradus sitis, dignitate vestra privamus, ac in  
Stagnum ignis et sulphuris precipitamus,  
aeternaliter extorquendos, venite igitur venite  
a quacumque mundi parte sitis, et videte se



Signa et nomina Summi Triumphatoris, cui omnes obedi-  
unt creature, aliter vos ligabimus, et coram nobis  
catenis igneis vinctos, contra voluntatem vestram  
vincemus, quoniam ea, quae de nostro opere &  
scientia excidunt, sunt ignes ferrentissimi,  
qui vos aeternaliter comburent, et si, quod  
universum contremiscit, terra concutitur, lapides  
revolvuntur, obediunt omnes creaturae, et torquentur  
spiritus rebelles. Hunc Patet.

Tunc si essent ligati catenis ferreis venient  
nisi fuerint in aliquo gravissimo negotio impedi-  
ti, et tunc certos nuncios mittent, per quos  
cognoscere poteris, quod sint facturi.

Sed si non compatuerint per predictas conjurationes  
sed adhuc permanerent inobedientes, tunc exorizator  
erigat se, et confortatis sociis ad habendam fidem,  
ut desperandum de opere, cum gladio exorizato  
verberet in aërem, ad quatuor partes mundi, dein  
de genu flectat in medio circumali, et socii similiter  
a lateribus, et a tergo humili voce dicant versus  
orientem.

Adjuro vos, et deprecor Spiritus, ac Angelos  
Dei, estote in adiutorium meum, venite et  
videte celestia signa, ut sitis  
testes coram altissimo inobedientiae  
horum Spirituum, qui vestri socii  
existerunt.



## Fortior Conjuratio.

Ipsis dictis surgat et fortiori conjurationi  
eis constringat tali pacto.

Per iterum nris Dei. nominibus & characteribus  
insigniti, nris et virtute altissimi vris conjuramus  
atque vobis imperamus, per potentissimum atque  
fortissimum nomen Dei. Et quod est admirabile  
laudatum, magnum, glorificatum, atque terribile  
Iterum inquam vris conjuramus, atque vobis pre-  
cipimus, ut nullam faciatis mittam,  
sed statim coram nobis comparere debeatis, sine  
strepitu aliquo, aut tumultu, sed cum omni  
cassibilitate in pulchra humana forma. *quatenus*

Si tunc apparuerint, ostende eis continuo Ben-  
tarula, et dicas: obedite, ecce signa & nomi-  
na Creatoris, estote pacifici & obedientes  
omnibus, quae praecepimus vobis.

Idem autem iterum loquens, ut amici ad amicos  
per qui vis, cum omni constantia et fide-  
cia, et obediunt tibi.

Iterum si non apparuerint, n' tu dimittas ani-  
mam Magister: nihil enim magis ad deferren-  
dis. spiritus valet, quam animi constantia. *per se*.



firmis circulis, et in terra ipsa, quod nomen  
est, in reformatione circuli projiciat tantillum  
in quatuor partes mundi, deinde demisso in  
terram gloriosis, flentis genibus conuerses ad Sep-  
temtrionem dicat.

In nō Adonay, Elor, Elchim, Sebaeth, Sadaq,  
quod est Dominus exercituum inuisibilis, pro-  
curator, et feliciter peragamas, via cypha  
manuum nostrarum, et Dominus in hoc opere  
et nobiscum, in corde et in ore nostro.

Hic dictis procedat aliquantulum humi,  
deinde surgat, et aperiat brachia, quasi  
vellet amplecti aerem dicendo.

Per haec nomina sancta Dei, in hoc libro  
inscripta, et per alia nomina ineffabilia,  
quae sunt scripta in libro vite, conjuramus  
vos, ut ad nos veniatis, et venire festinetis  
sine mora, et temporis dilatione aliqua, in  
pulchra & affabili forma, per nomina sanctissima  
Adonay, Sebaeth, El, Elche, Elchim,  
Sadaq, Hedi, Tod, He, Vau, He, quod  
est nomen Dei quatuor litterarum, Anephi,  
Edithon, & ineffabile, pro Deum virtutum habitan-  
tem in Excelsis, pro Deum Israel habitan-  
tem in celis, sedentem super cherubim, et in re-



dentem super pennas ventorum, cuius potestas  
in celo est in terra, qui dixit et facta sunt omnia,  
imperavit, et creata sunt universa, et per nomen iterum  
et in nomine Jah. Jah. Jah. Adonay Eloth, et per  
omnia nomina Scripta Dei veri, et vivi, resumi conjura-  
tionem, et iterum conjuro super vos spiritus  
malignos, iniquos Dei Rebelles, et in eternum  
habitatores tenebrarum conjuro inquam  
iterum vos, et exorizo ad conveniendum, ante  
thronum Dei vivi, et ante iudicium Majestatis  
eius, coram Angelis Sanctissimis Dei, ad  
audiendum condemnationem et Sententiam  
inobedientie vestrae, venite ergo per nomen et  
in nomine Aday, quod est Dei omnipotentis, corrobora-  
ti, fortis, admirabilis, laudati, mundi,  
glorificati, virtuosus, magni, iusti, terribilis,  
et Sancti, et per nomen, et in nomine El. El. El. El.  
Jah. Jah. Jah. Jah. qui mundum plasmarit in  
spiritu oris sui, et tenet eundem foret, re-  
git, & gubernat, et qui vos per vestram Super-  
biam detrusit in tenebras, et umbram mortis,  
per Deum vivum, qui formavit aethera  
caelum, et posuit fundamenta terrae, vobis  
praecipimus, et firmiter imperamus, ut cito,  
et omni perposita mora, de cunctis orbis  
locis, ac de omnibus montibus, vallibus, jugis,



collibus, agris, maribus, fluminibus, fontibus,  
fagnis, cavernis, speluncis, rivibus, civitatibus,  
oppidis, mundanis, plateis, balneis, prostibulis,  
hortis, vineis, vitidariis, patib, atq; cisternis  
ac de cunctis terrarum orbis diversitalis ac  
sinagogis, ac de omni loco ubicunq; sitis, ac  
ubi sine aliqua mora veniatis, cum omni  
facilitate, ad iussa nostra exequenda, per  
nomen illud infabile, quod Moyses audivit  
de Sanctissimo ore Dei, et de medio rubi.  
audivit Dominum loquentem, et conturbatus  
est, quod iussibus vestris obtemperetis, et in  
omni mansuetudine veniatis, et omnem nostram  
petitionem, et voluntatem simpliciter et dili-  
genter persolvatis. Item super vos cum his  
sacratissimis nominibus et caracteribus  
in his pentaculis descriptis potentes impe-  
ramus, et constanter exorizamus ut cum  
sociis vestris omnibus viriliter et gratulan-  
ter citissime ad castra venti ad nos veniatis,  
ad omnem nostram voluntatem, et omnem  
petitionem plane exequendam. Ista autem  
sunt nomina, pro quibus vos exorizamus. Anay  
Gelach. Tra sin. Amet. Negie, Jona. Eto  
fac. Thitach. Tenaru. Para. Theit, que omnia



nomen scripta est in celo, characteribus Melancholici,  
hoc est lingua angelorum.

Deus igitur iuxta Dei iudicio, pro ineffabilem admirabi-  
lem, summi viri ac veri Dei virtutem, potenter, cla-  
ramus, conjuramus, et exorismus vos pro nomen  
ei in nos, ineffabili, quod super lapideas tabulas digi-  
to Dei. scriptum fuit: quas Deus Moysi in monte  
Sinay dedit, et pro nomen ei in nos admirabile, quod  
taron, summus sacerdos scriptum gerebat  
in pectori, pro quod etiam Deus omnia secula  
creavit; et pro Deum virum, qui a sempiterno  
seculorum est, cuius caput ignis est, cuius  
habitatio lumen est ineffabile, cuius nomen  
est sapientia, cuius spiritus est vita,  
ante quem ignis habitat, & in circuitu flamma  
ignis, qui est ipse ignis, et de igne ferit fir-  
mamentum, igneasque ferit stellas, et Solem  
et pro ignem cruciatur vos, et pro ignem comburet  
vos, et quicumque contradixerit verbis volun-  
tatis sue. Venite igitur sine mora, et  
strepitu ante nos, et absque ulla deformitate,  
ad omnem nostram volentem exequentiam, venite,  
undique sitis de montibus, vel vallis, flu-  
minibus, rivulis, stagnis, plateis balneis, sina-  
gogis, ac de omnibus, ac quibuscunque locis,  
Deus enim fortis patens super omnia



et gloriosus vos impellat, ac vos cogat, principes  
tenebrarum, venite, currite, sine mora, et sine  
trepiditu aequanimiter, venite Angeli tenebrarum,  
venite absque ulla ferore, et deformitate huc  
praesentalliter coram circulo ad iussuam omnem  
nostram exequendam, parati habetis ad personam  
vendum et exequendum, quae vultis mandaverimus  
vobis; Venite igitur a thronum capitum Im-  
peratorum vestrorum, et recepta potentia vestra  
super Angelorum, qui super vos hanc mundi con-  
stitutionem faciunt creati ineffabiliter, et per  
nomina duorum Principum orbis, quorum nomina  
sunt Sinoniel et Doniel, per Moyses, Virgam,  
per baculum Jacob, per anulum et sigillum  
David, in quo scripta sunt nomina famularum  
